UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

CVI. Ecqualis Materia, Forma, Effectus, Minister, & ceremonia Ordinationis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

QVÆSTIO CVII.

Ordinationis ecqualis Materia, Forma, Miniſter, Effectus, et Ceremonia?

LVTHERO-CALVINIANI non agnoſcunt Chirotoniam: non Verbum Sacramentale certum & efficax; nō effectum Characterem, non Ceremoniam Vnctionis: vti conficta & ſuperſtitioſa. Volunt Miniſterium Eccleſiaſticum eſſe merū Officium functionis: hocque ceſſante ceſſare. Hinc iis, qui hodie Presbyter aut Diaconus eſt; cras, motus officio, eſt laicus.

SVADET contra Vnctionem & Raſuram *Kemnit. pag. 1171.* ita. 1. Chriſtus & Apoſtoli non ſunt illis vſi. 2. In hiſtoria Eccleſiaſtica nullum extat exemplum 3. *S.* Patres Vtriusq; nil meminerunt, præter ſuppoſititios libros Cypriani & Anacleti. 4 In Eccleſia Græca non fuit vſitata vsque ad annum 1200. 5. Ritus eſt Iudaicus, ait *Caluinus* §. *30. 31.*

AVTOR. I. Materia Principalis Sacri Ordinis eſt Impoſitio manuū. 1 Liquet ſuprà Scripturis &c. Minus principalis tamē etiam eſſentialis, eſt porrectio calicis, & Euangelii: de quibus nil in Scriptura. Ac licet in Confirmatione fiat etiam Impoſitio manuum; accidētaria tamen eſt ibi; primariū verò Chriſma. 2. Ita Traditio Pontificū, Cōcilorū, Patrū, & pars Potior Theologorū. Itaq; *S*acerdōtes ordinantur, cùm dicitur ad porrectionē; *Accipe poteſtatē Sacrificium offerēdi*; & ad Chirotoniam, *Accipe Sp. Sanctum* Et hæc eſt Forma, ſeu Verbum Sacramentale: Actio vtraque eſt vna Ordinatio.

II. Effectus eſt duplex: 1. Poteſtas ſpiritalis perpetua cum indelibili charactere: 2. Gratia gratū faciens, ad fungēdū munere. Cyp. ſerm. de ablut. pedū *Nemo S. Ordines iterū renouat*. Sic & Aug. &c. III. Miniſter ſolus eſt Epiſcopus ordinatus: Nec aliter factos agnouit vnquā Eccleſia. IV. Vnctio eſt ceremonia verè *S*acramentalis; non autem Raſura.

DICO AD I. Kemnitius toties ex propoſito mentitur. 1. Nam etſi de Chriſto & Apoſtolis nil ſcriptum; tamen S. Dionyſ. *l. hierarch. c. 4.* Pontificem vñ ſacro oleo in Conſecratione, Traditū eſſe ab Apoſtolis. 2. Euſebius *l. 10. hiſt. Eccleſ. c. 4.* Metaphraſtes *in vita S. Chryſoſtomi. &c.* Vnctionis meminerūt. 3. Patres Item, vt Pacianus *ep. 3.* Greg *in 4. Reg. 5.* &c. 4 Contrarium docent Dionyſius, Euſeb. Metaphraſtes. 5. Non eſt Iudaiſmus, vti reb⁹, quibus & Iudęi ſunt vſi; ſed modus ac finis vtēdi illum conſtituunt.

XI. DE MATRIMONIO.

QVÆSTIO CVIII.

An Matrimonium ſit verè Sacramentum teſte S. Scriptura?

LVTHERVS *l. de Capt. Babyl.* negat; quòd nec Signum habeat à Deo inſtitutum; nec Gratiæ promiſſionem.

II. CALVINVS *Inſt. l. 4. c. 19 §. 34.* ait; Non magis rationem *S*acramenti conuenit Matrimonio, quàm agriculturæ, aut tonſtrinæ.

III. MELANCHTHON *in Locis*, & Kemnit *pag. 1214.* agnoſcunt in Matrimonio Mandatum Dei, & Promiſſum gratiæ; ſed non iuſtificantis à peccato; ac proinde negant propriè dici Sacramentum, vt ſunt Baptiſmus & Cœna: eſſe tamen aliquo modo.

SVADENT iſtis. Lutherus, Calvinus, Eraſmus, BEZA, in Eph. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt*; tria volunt. 1. Papiſtæ ex ſola voce hac definiunt Matrimonium eſſe *S*acramentum; cum græcè ſit μυστήριον. 2. Intelligitur ibi coniunctio Chriſti & Eccleſiæ; non viri & fœminæ: Hoc enim quotidianum eſt; non myſterium. Vnde ait; *Ego autem dico, in Chriſto & Eccleſia.* 3. Sic & Aug. tract. 9. in Ioan.

Erunt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN